

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Deuocio h  
cum uariis

Non omnibus eodem modo data est gracia ista, scilicet deuocio. Porro Thomas in latere, Iohannes in pectore, Petrus in sinu Patris, Paulus in tercio celo secreti huius gratiam sunt assequeuti. Prior mulier, scilicet Maria, strauit sibi in tuto humilitatis, posterior, scilicet Magdalena, in solio spei, Thomas in fundamento fidei, Iohannes in lato caritatis, Paulus in intimo sapiencie, Petrus in luce ueritatis. Sic apud sponsum mansiones multe sunt.

Bernardus super Cantica.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

scilicet Maria *om.* (*cor. supra lin.*) B, *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; sibi *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; tuto] loco  
*add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; scilicet Magdalena *om.* (*cor. supra lin.*) B M, *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; lato]  
lecto P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>